Reuerendiſſimi in chriſto patris et domini/do/
mini Hugonis ꝛc. Cardinalis/ i Poſtillā ſuper
hieremiā ꝓphetā: Prologus.

A Poc.viij.d. Et vidi ⁊ audiui vocē vnꝰ aq/
lę volātis p mediū cęli/ dicētis voce magna:
Vę vę vę habitātibꝰ in terra. Modus agen
di tangit ibi: Vidi et audiui: In quo innuit
modus agendi eſſe facilis ⁊ manifeſtus: Ni/
hil eñ adeo certū ⁊ manifeſtū eſt vt illud qđ
oculis cernit vł audit. Sic nullꝰ ꝓphetaꝝ ita liquide ⁊ apte lo/
cutꝰ ē de captiuitate duodecim tribuū vt hieremias: Alij eñ
ꝓphetę eā futurā locuti ſūt: vt eſaias/oſee/iohel: Alij p̄teritā:
vt daniel/aggeꝰ/ zacharias: Sed hieremias ſimul ⁊ ezechiel
⁊ futurā p̄dixit ⁊ p̄ſentem vidit ⁊ p̄teritā deplorauit. Bene ḡ
dicit: Vidi ⁊ audiui.ſ. vidi p̄ſentē captiuitatē: ⁊ audiui a dño
futurā. Per h̄ q̄ dic: Vocē vnꝰ aquilę: auctor ⁊ eius cōditio
deſignat. Inter eñ oīa alia volatilia/ vt dicit/aquila tenerꝰ
diligit pullos ſuos: Sic hieremias populū iudaicū quaſi fi/
lios ꝓprios tenerrime dilexit. Unde captiuitatē eius quadru
pliciter deplorauit: vt poſt in Thren. cum iam facta erat. Et
anteq̄ꝫ facta fuiſſet/quia futurā vidit i ſpiritu/ dicebat.j.ix.a.
Quis dabit capiti meo aquā: ⁊ oculis meis fontē lachryma/
rum: et plorabo die ac nocte interfectos filię populi mei. Et
ij. Machab.vlt.c.dicit de ipſo: Hic eſt fratꝝ amator ⁊ po/
puli iſrael: hic eſt q̄ multū orat pro populo ⁊ vniuerſa ſancta
ciuitate hierłm/hieremias ꝓpheta dei. Oculi eiꝰ erāt ſicut pi/
ſcinę in eſebon: Cantl.vij.b. Per hoc q̄ dic /Vniꝰ: demon/
ſtrat eius virginitas. Qui eñ virgo eſt/ vnus eſt.i.indiuiſus:
qui autē vxoratus/diuiſus. Vñ.j.Corl.vij.f. Qui autē cum
vxore eſt/ ſollicitꝰ eſt q̄ ſunt mūdi ⁊ quō placeat vxori ⁊ diui/
ſus eſt. De qua diuiſiōe Geñ.ij.d. Erūt duo in carne vna: q̄
caro eiꝰ nō tm̄ eiꝰ ē/ ſed ⁊ ſuę vxoris. Per h̄ q̄ dic/ Volātis:
eius intentio: Intēdit eñ populū iudaicū a vitijs retentum
ad cęleſtia reuocare.ſ. per exemplū ⁊ p̄dicationē. Unde illud
Deutl.xxxij.b. poteſt de ipſo exponi: Sicut aquila ꝓuocās
pullos ſuos ad volandū ⁊ ſup eos volitans.i. ad volandū ꝓ/
Ps.54. uocans p exemplū ⁊ p̄dicationē. Ps. Volabo ⁊ requieſcā.ſ.
p cęleſtiū deſideriū. Hūc volatū nō poteſt facere niſi ima de/
ſpiciens ⁊ terrā ſub pedibus ponens p temporaliū deſpectū.
Sed multi volare nō poſſunt: qm̄ ſpiritꝰ fornicatiōis ligauit
eos in alis ſuis: vt Oſee.iiij.d. dicit de ephraim. Alę ſunt vi/
ta ⁊ doctrina: q̄ fornicatiōe ligant/cum vel ſanctitatē ſimulāt
cauſa alicuꝰ rei tēporalis: vel ambitiōe honoris: vł cū eccłiā
ingrediunt cauſa fructuū/nō aīaꝝ: vel cauſa fauoris populi.
Geñ.xxxiiij.d. dicit de dina: Nūquid ꝑ ſcorto abuti debue/
rat ſorore noſtra: Soror ſanctoꝝ ē eccleſia. Eccl.xx.a. Cōcu/
piſcētia ſpadonis deuirginauit iuuenculā: Nunq̄ꝫ tñ legit q̄
ex ea filiū genuerit. In h̄ q̄ dic/ Per mediū cęli: notat tempꝰ
ꝓphetię. Per cęlū eñ itelligit ꝓphetia: q̄ ſb ſenſu hiſtorico ce/
lat allegoriā. Unde Eſa.xxxiiij.a. Complicabunt ſicut liber
cęli. Per mediū cęli intelligit tempꝰ ⁊ ꝓphetia hieremię: qui
q̄ſi mediꝰ ꝓphetaꝝ/ vt dictū eſt/ de captiuitate duarū tribuū
ꝓphetauit. De cuiꝰ medietate Dañ.xij.b. dicit q̄ vidit virū
indutū lineis ſup aquas fluminis: et duos alios viros altrin/
ſecus i ripa fluminis. Iſte vir indutꝰ lineis/ē hieremias: qui
virgo ⁊ ſanctificatus fuit. Vñ Eccl.xlix.b. de ipſo dicit: Qui
a ventre matris cōſecratus eſt ꝓpheta. Iſte erat ſup aquas
fluminis.i. in ipſa captiuitate p̄ſens quā vidit ꝓprijs oculis.
Per flumē qđ mobile ē /captiuitas deſignat duaꝝ tribuū q̄
fluxit ⁊ p̄terijt: q̄ reuerſi ſūt de captiuitate. Sꝫ captiuitas decē
tribuū non p̄terijt: q̄ de ea nō ſunt reuerſi. Hieremias ḡ ſup
aquas fluminis dicit ſtare/ nō in ripa: quia captiuitatē illam
ipſe vidit p̄ſentem: futurā p̄nunciauit ⁊ fleuit: non dico p̄teri/
tam ſed inceptam: et in ipſo captiuitatis tempore defunctus
eſt. Duo viri altrinſecus in ripa fluminis exiſtentes/ſunt alij
ꝓphetę: quorum quidā p̄ceſſerant ante captiuitatē: vt dictū
eſt/⁊ futuram p̄dixerunt: alij poſtea ⁊ p̄teritam dixerūt. Per
hoc q̄ dicit ter/ Vę vę vę/ tangitur materia: et notatur tri/
plex calamitas captiuitatis duarum tribuū. Prima fuit ſub
ioachim maiore: qui p̄mo factus eſt tributarius nabuchodo/
noſor regis babylonis: vt.iiij. Regl.xxiij.g. Secūda ſub io/
achin minore: qui primo ductus in captiuitatem babylonis:
vel cuius captiuitas tranſmigratio vocat.iiij. Regl.xxiiij.c.
Tertia fuit ſub ſedechia/ſub quo ciuitas hieruſalē eſt deſtru/
cta ⁊ captiuitas ꝯſūmata.iiij. Regl.xxv.c. Vł iō dic ter vę: q̄
captiuitatē futurā timuit/⁊ p̄ſētē doluit/⁊ p̄teritā deplorauit.
In h̄ etiā q̄ dic: Habitātibꝰ in t̄ra: materia ſpūalis deſignat
q̄ ē ſpūalis captiuitas. Oēs eñ erāt habitatores t̄rę ꝓpter
tria ⁊ in tribus ⁊ a tribus ⁊ ad tria. Captiuant propter tria.ſ.
peccatū cordis/oris/operis. Vel ꝓpter tria peccata.i. q̄ deo
ſūt inobediētes: proximo nocentes: ſeipſos occidentes: Vł q̄
p̄cepta non faciūt: conſilia cōtemnūt: ꝓhibitiōes non cuſto/
diūt. A tribus.ſ. a carne/a mūdo/ a diabolo: qui ſunt tres ho/
ſtes quos dominus ſuſcitauit ſalomoni.iij. Regl.xi. In tri/
bus.ſ. in ſcientia/volūtate/ potentia. Potentiā eñ diabolus
ſuperat ⁊ emollit: mūdus lumen ſcientię extinguit: caro bonā
voluntatē opprimit. Ad tria.i. ad dolorē/ ad pudorem/ad ti/
morē. Ideo forte in principio libri ſui tripliciter exclamauit:
A a a. Vel quia dolorem eorum non poterat mitigare/ nec
tenebras fugare/ nec eorum affectum ſupplere. Vel ꝓpterea
ter dicit/ Vę: vt mala p̄terita defleamus: p̄ſentia expellamꝰ:
futura caueamus: Qđ bene huic cōgruit. Iſte eñ fuit ſacer/
dos: cuiꝰ eſt increpare de p̄teritis: arguere de p̄ſentibus: ob/
ſecrare ꝓ futuris cauēdis. In hoc aūt q̄ dicit/ Dicētis voce
magna: excitatur attentio: ⁊ in hoc etiā captat beniuolentia.
Pręuidēs eñ ad litterā aduentū hoſtium ſpiritualiū/ myſti/
ce voce magna clamauit: vt perterriti attenderent qđ eis picu/
lum immineret: Et in hoc etiā q̄ denunciat periculū captat be/
niuolentia. Legit aūt hieremiā ꝓphetaſſe aliq̄n ſub quinq̄ꝫ
regibus/aliq̄n ſub quattuor/aliq̄n ſub tribꝰ: quod totū veꝝ ē.
Incępit eñ ꝓphetare tertiodecimo anno ioſię: ⁊ decē ⁊ nouē
annis ꝓphetauit ſub eo: Ioſias trigintaunū annis regnauit:
vt.iiij. Regl.xxij.a. legit. Quo mortuo regnauit ioachaz fi/
lius eius tribus menſibus. iiij. Regl.xxiij.f. qui a pharaone
nechao a quo occiſus ē pater eius /vinctꝰ ductꝰ eſt in egyptū:
ſub iſto cōſimilit ꝓphetauit hieremias. Cui ioachaz ſucceſſit
in regno frater eiꝰ ioachim maior/qui et heliachim: ſub quo
ꝓphetauit hieremias vndecim annis quibꝰ ille regnauit.iiij.
Regl.xxiij.g. Cui ſucceſſit filius eius minor ioachin/ qui et
iechonias dictus ē: ſub quo ꝓphetauit hieremias tribꝰ men/
ſibus quibꝰ ille regnauit tm̄: q̄ de conſilio hieremię reddidit
ſe nabuchodonoſor: qui eum trāſtulit in babylonē.iiij. Regl.
xxiiij.b. Poſt hūc regnauit ſedechias auūculus eiꝰ: ſub quo
ꝓphetauit hieremias vndecim annis q̄bꝰ ille regnauit: vt.iiij.
Regl.xxiiij.d. Et ſic i vniuerſo ꝓphetauit q̄dragintaunū annis
⁊ tribꝰ mēſibꝰ/p̄ter h̄ q̄ i egyptū ductꝰ ibi ꝓphetauit. Decē et
nouē annis ſb ioſia: vndecim ſb ioachim: vndeci ſb ſedechia:
tribꝰ mēſibꝰ ſb ioachin minore. Ubi ḡ legit q̄ ſb quinq̄ꝫ regibꝰ
ꝓph̄auit: cōputant oēs reges p̄dicti. Ubi v̄o legit q̄ ſub tribꝰ/
nō cōputant ioachaz ⁊ ioachin minor: q̄ ſb ioachaz tacuit: ſb
ioachin tm̄ ꝓph̄auit tribꝰ mēſibꝰ. Ubi aūt legit q̄ ſub q̄ttuor/
etiā rei veritas ē. Iſte liber ſic̄ ⁊ alij ſcriptus ē intus ⁊ foris.
Foris hiſtoria: intꝰ allegoria. Hiſtorice eñ agit de duabus
tribubꝰ: Allegorice aūt intēdit viros eccłiaſticos a vitijs re/
uocare ⁊ informare v̄tutibꝰ. In hiſtoria iudęis bn̄ficia dei re/
memorat: eoꝝ malicię improperat: ęterna ſupplicia malis cō/
minat: ⁊ bonis p̄mia ꝓmittit: vt ſic amore vel timore eos ab
eorū iniq̄tatibꝰ reuocet. Iſte liber diuidit in tres partes. In
p̄ma q̄ſi ꝓęmiū breue p̄mittit: in quo breuiter nomē ⁊ genus
et patriā ſuā ⁊ tempꝰ ꝓphetię ſuę ⁊ modum viſiōis ſuę expri/
mit. In ſecūda incipit narrationē ſuā: in q̄ p diuerſas ſimilitu
dines duaꝝ tribuū exp̄mit vaſtitatē: quę incipit ibi: Virgā
vigilantē ꝛc. Et durat vſq̄ꝫ ad.lj. capitulū: vbi breuiter ex/
plicat cauſā deſtructiōis iudęę: ⁊ numerū captiuoꝝ aſſignat:
et in exaltatiōe ioachi facta ſub euilmeradach filio nabucho/
donoſor librū ſuū terminat: ſicut et.iiij. Regū.

Explicit ꝓlogus auctoris.

c